



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Quid idæa diuina sit, examinatur & statuitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

fione cogitur inò in contingenti materia ex vi co-
gnitionis iudicij; & extremorum, nequit non cognosce-
re, & iudicare, conformilime obiecto suo mea propo-
fitio fit, vel fecus: quod si conformem inueniat eius
obiectum, nequit non de illo per assensum, vti ego cen-
fui, iudicare, per diffensum verò si fecus: quare nun-
quam in pura extremorum apprehensione poterit litte-
re, et si possit fecus ac nos de illis iudicare, quod pre-
fatos Recemiores decepti, quia videntes argumentum
fuo probari Deum ad finem noſtro assensu extremorum
identitari ex eius cognitione non cogi, cogi tamen
in aduerſum diffensum non videntur.

QVÆSTIO III.

De divinis ideis.

DISPUTATIONIBUS de Scientia affinitatis
saltem iure de diuinis idatis quæstionem
arctare S. Thom. & Theologorum vius
non fecit: æquæquam à plerique Recen-
sitoribus earum dilutione omittitur, quia
ad disputationem philosophicam de causâ exemplari
viximus pertinere: tamen ibi de causâ exemplari vni-
uersum disputatur, sicuti*, & de causâ efficiētī, intelli-
genti, voluntari, eiusque actibus, de quibus tamen, vt
sciebam Do insunt, plura, & scitu & disputatione
Theologica diuina reperitur. Ita ergo & de idatis, seu
exemplaribus diuinis rerum ab ipso non, nisi ex arte, seu
ordinum plura examine Theologico diuina sunt: de
quibus Patres Theologi Primi bonæque Theologiae Pa-
trēs plura Theologos docuerunt: quæ à nobis proinde
Theologico iure, vel referri saltem, oportet, vt eorum
de hac reſcripta, & intelligamus, & scietur.

CERTAMEN I.

Quid idea diuina sit, examinatur, &
statuitur.

Idemque diuina essentia tum physica, tum metaphysica examinem procedit: & quoad metaphysicam attinet, iam communem eius definitionem tradit Ruiz d. 24. de Scientia sect. 5. num. 1. *exemplar ad quod referitur Artifex Deus operatur: & re lane ipsa*, meque indicit, bona ea diuinae idae definitio est, vti de eius essentia physica agens iam ostendamus: verò nequit esse illa Theologis communis: ij enim qui idaeam diuinam non in obiecto aliquo à Deo cognito sed potius in eius obiecti diuina scientia & cognitione formali consistunt (sunt autem, nec pauci, neque indocti) eam definitionem non pariter, neque cum cognitionem dicunt, in quoad realem statuunt, vti obiectum determinat, & se ipsa dirigentem ad opus & quo pacto exemplar obiectum non est, fed eius & operis faciendi formalis representatio: itaque definitionis eius metaphysicae bonitas est vera declaratione de physica idae essentia, an in scientia, an in eius obiecto consistit: vnde procedit interrim idaeam in Dei digito cuius ad in-
gus & imitationem Deus potest operari: enim & idae in actu primo, seu in se definitur ut suam operationem procedat nec scientia formaliter, & expressè ad idaeam ratione ante acta excluditur.

1. In ea vero quaestione Vasquez d. 72. r. p. Martinon
2. de Scientia sect. 4. num. 24. in Scientia divina stare
docere: quia nihil diuinum præter scientiam rationem
inquinis in Deo habet: idea autem diuina diuinum
aliquid est ex Patrum consensu increatum, & æternum
Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

ut ex eorum i. e. lisoniis ab utroque recitatis, & copio-
sum à Ruiz d. 88. de scientia sect. 2. num. 1. vi inde opo-
positum hæreticæ infimulæ: essentia autem diuina,
neque imago est, neque id quod perfectè imitari crea-
tura possit, vt fuit scientiam, & intentionalem ima-
ginem vnaqueque imitatur: ergo diuina scientia, non
autem eius obiectum ita in diuinis est: exiguū hæ-
rebit habent: constabit enim ex dicendis, aliquid præ-
ter cognitionem formalem in diuinis veram imaginis
rationem habere. Notæ id à Valquez & Martiñone,
imò à Catholico villo doctore potest negari. Nam filius,
quia filius, in diuinis characteristica sua proprietate ima-
go est, vt ex fide, & Patribus, cunctisque Catholicis
Doctõribus vultu controu. de Trinit. d. de propriis,
& appropriatis: proprietate verò sua filius scientia, seu
sapientia formalis non est: quia sine addito *genit*a la-
pientia Dei dici non potest. Secundum non est finimus
Tum, quia, est essentia Dei non esse perfectè imita-
biles à creaturis, aliud, quod id habere, in diuinis non
desideret. Tum quia, & essentia ipsa perfectè imita-
bilis est, vt ad rationem ideæ oportet, vt iam ostend-
dam

3. Sententiam secundam iniecit Quiros nosse tom. 1. de Deo vto in illustrationibus questionum 1. p. 5. Thom. ad quæst. 15. artic. 1. num. 5. verù ego *Consejo* asserens ideam purè obiectivè fuisse à Scientia Dei formalitèr distingui, quia non ipsa est, sed obiectum ipsum (quidquid illud sit) per ipsam repræsentatum; subiectivè verò fuisse ipsam à Scientia diuina nullatenus differre: quæ ex singulari quadam doctrina sua tradenda fuit in Philosophia, satiusque, etiam breuius, propostita eodem tom tract. 3. d. 25. sect. 5. à num. 1. ad quam se refert, ita intelligitur: vt purè obiectum esse sint res, ipsa euivè predicata repræsentata, siue existant, siue non existant; subiectivè autem siue existentialitèr intentionalitèr sint eadem, non prout in se physice existunt, ea enim, quæ in se non sunt, tunc etiam, cum in se non sunt, cognoscuntur, cum autem, inique cognitio siue obiecto, cuius respectiva essentialitèr est; neque esse neque intelligi possit: oportet illud aliquam præsentia- tatem, siue existentiam de præsentì, tunc habere, cum cognoscitur, cum autem non habeat in idio aliquo, fuit similitudine & pictura aliqua ipsius reali, quæ qua- rias fit per interlectionem producta (verbum mentis Thomistæ, & nosse Francisci Amico tom. 1. Theolog. curs. d. 9. sect. 3. à num. 40. vt multis Quiròs ipse à n. 45. nec satis omnibus minus refellit) restat, vt in sola sui cog- nitione obiecta præsentialitèr existant, cum cognos- cuntur, ac in se actu non sunt. Nihil enim aliud est in- tentionalitèr esse aliquid actu in mente cognoscens, quam actu cognosci. Atque hac ratione ita se responde- re questioni putat, vt primam sententiam cum tertià à nobis referenda, & amplectenda concilier, ac funda- mentum vtriusque impetum declinet.

4. Verum principio hinc falso Recensorum principio
niscitur de necessitate actualis aliquid praesentiae obiecti
actu, cum actu cognoscitur: id quod Thomistas, Do-
minicanos Recensorum, et aliorum ex nostris in deum pra-
pura verificatorum, et determinatorum scientia
impliciter intelligentiae, scientiae mediae, et praesentia-
e ex aeternitate de absolute in tempore futuris egit
praecipites, vt supra monstrauimus; deinde, eo princi-
pio permisso, non cunctis est intentionale actuale nec-
cessarium iuxta principium illud obiecto, vt actu co-
gnoscatur, esse solum cognitionem: quia, cum verbum
mentis a cognitione quavis in Thomistis, et Amicis
nostri sententia realis, et physica qualitas idoli, seu
picturae non sit, actus, siue idolum, et spectrum esse
potest, vt notat. Inquiro in flos Scientiarum Pharo-
lae contendit d.2. de natura intellectus quae.3. de in-
de respectu dei cognoscens obiecta, maxime diuinam,
et incorporea omnia, de quibus, an in eorum aliquo
obiectum cognitio diuina consistat? Inquirunt, ob-
iectum illa, et intentionali praesentia opus non est, vt
cognoscatur actu: cum realis, et cuiusque illorum, ab
aeterno, et in aeternum actualis existentia, et coexistentia,
seu cognitioni indefectibiliter addit: ac proinde de ob-
iectis diuinis nihil Recensorum huius ratio probat, vt

pater. Vnde qui eo principio vtuntur, pro actuali determinatione, seu verificatione existentia, & presentia ab obiectis cognitis diuersa, obiectis in se actu existentibus, cum cognoscuntur (cuiusmodi diuina omnia sunt) nullam aliam, neque ipsorum, neque aliorum actualem existentiam, seu presentiam, praeferunt. Ad haec: cum ideo hanc existentiam subiectiuam, seu intentionalem adstruas, vt cognitio obiecti essentialiter respectiva absque eius actuali existentia, & presentia aliam ab ea, quae formaliter per cognitionem tribuitur, ipsi a te designari: quia sui ipsius cognitione respectiva esse non potest: & ne idem per idem ineptis probes: nempe obiectum esse praesens, vt debet suae cognitioni praesenti, quia cognitio ipsius praesens, & actu est.

5. Item: vel, vt obiectum sit idea, & exemplar requirit eam existentiam intentionalem subiectiuam, vel non requirit? Si non requirit quaestioni non respondetur tua haec sententia; ne dum duae circa illam oppositae sententiae, vt aiebas, conciliantur: erat enim quaestio: an obiectum exemplar, an eius cognitio idea, & exemplar proprie sit: neque id de finis (nisi forte utrumque coniunctum ideam esse quo quoad negatiuum alterutrum sententiae utriusque aduersari vt iam dicam) solum quippe tandem dicis obiectum ideam seu exemplar obiectum esse, cognitionem vero ideam formalem, quod utriusque aduersari sententiae Authores fatentur: non autem desinis, utri eorum ratio formalis, & propria ideae conueniat, de quo solum quaerebatur. Si autem dicas requiri illam intentionalem, vel subiectiuam existentiam obiecti, vt idea proprie sit: cum per te numer. 8. id proprie ex communi, & recto omnium Philosophorum, Patrum, & Theologorum sensu idea & exemplar sit, in quod intus, seu respiciens artifex operatur, oportebit existentiam illam subiectiuam, seu intentionalem obiecti, qua in esse exemplaris, & ideae propriae obiectum formaliter, & ultimo constituitur Deum intueri: cum autem ea intentionalis, & subiectiuam obiecti existentia illius cognitio per te sit, in eam etiam debet artifex respicere, & intendere, vt ex arte & per ideam, & exemplar proprie operetur: quo fiet, vt nunquam ita operari directa formaliter obiecti cognitione valeat, quae sui formaliter representatiua non est, sed reflexa cognitionis suae de obiecto illo directae cognitione opus habeat, quod & contra apertam Artificum omnium experientiam est, ac subinde exoticum, & absurdum. Si autem dicas eam obiecti subiectiuam, & intentionalem praesentialem habere non esse formam constituentem obiectum in ratione exemplaris, & ideae, sed conditionem tertiae sententiae negatiui, vel negandi: siquidem per omnes exemplar & idea mouere, dirigere operantem non potest, nisi cognitum, mediaque sui cognitione operanti intentionaliter applicatum; sed certe conclusionem deferres tuam.

6. Vera igitur, & tertia sententia est ideam, & exemplar diuinum (sicuti, & creatum) in obiecto non in eius cognitione physice formaliter consistere, ita Schola omnes Theologice. Scotus cum suis omnibus in 1. d. 35. quaest. unica. Ad ista vbi Okam, & Gabriel cum Nominalibus reliquis, Durandus cum suis d. 36. S. Thom. d. eadem, & variis locis quaestionum de veritate, & 1. part. quaest. 15. ad quae loca Dominici omnes Thomistae Thomistae vero nostri Valentia, Molina, Soar. Arriaga ad quaestionem citatam 15. qui etiam d. 8. Physicorum quaest. 8. Didacus Ruiz d. 81. sect. 7. & praeter citatos duos pro prima sententia reliqui, Aueria quaest. 15. citata art. 4. sect. 4. §. Dico primo: quam sententiam, Scriptura, Patres, & communes Philosophorum, & hominum consensus & ratio tradunt. Scriptura Exod. 25. 40. Inscipe. & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est, & cap. 26. 30. Eriges tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. nempe 24. num. 10. vbi Deus a

Moyse Aaron, Nadab, Abiu, & Septuaginta Senioribus, ita in monte dicitur visus, sub pedibus eius quasi opus lapides Saphirini. & quasi calum cum serenum est, quae duo loca memorantur Actorum 7. 44. his verbis: Tabernaculum testimonij fuit cum Patribus nostris in deserto. sicut disposuit illi Deus loquens ad Moysen, vt faceret illud secundum formam quam viderat. & utrumque etiam, sed praecipue primum locum refert Paulus, ad Hebraeos 8. num. 5. vide (inquit) omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Ex quibus ita arguitur: id dicitur in scriptura, non, nisi proprietate sermonis, intelligenda, exemplar, quod monstratur ostenditur, vel monstratum ostensumque est, suae formae, quam Moyses viderat: atqui quod Moyses viderat, monstratumque, & ostensum ipsi est, non est visio, aut cognitio, seu formalis ostensio reddens Moysen formaliter illud obiectum intelligentem: sed obiectum ipsam monstratum, ostensum, & quod Moyses viderat: ergo exemplar proprietate sermonis non est formalis obiecti cognitio, sed eius obiectum.

7. Patrum, & interpretum, cum ad ea loca, cum alias, de exemplari agentium recitare testimonia operosius, quam vilius hic foret videri possunt: plura apud nostrum Ruiz d. 81. & 82. sect. 2. & 6. quorum nonnulla dabimus certam. 2. 3. 4. & 5. pro nostris ibi stantibus conclusionibus: Theologos plures hanc sententiam docentes, atque, vt minimum supponentes, dabimus: esse vero hanc conclusionem Philosophorum omnium constat ex communi definitione ex ipsis & Theologis data, quae, nisi in hac tertia sententia, bona esse non potest vt ibi docebamus. Constat item quia ante nostrum Vasquez nemo ex illis fuit, qui de eius bonitate dubitauerit: nemo qui index aut exemplaris rationem in scientia, aut cognitione constitueret: si vt obicit Ruiz d. 82. sect. 5. Bonau. Capreolus, & Durand. falso pro ea constitutione referantur: sicuti Okam, & Gabriel. Alexan. vero 1. part. quaest. 13. num. 4. artic. 1. sub init. & Maior. d. 38. quaest. vnic. qui videntur ei constitutioni fauere absque notitia ideam exercere esse non posse solum contendunt: sicuti neque motum aliquid exercere intellectum, aut voluntatem mouere ad operandum potest, nisi cognitum, id quod mens suarum fuit ita etiam loquentis disput. 35. metaph. sect. 1. a. num. 10. & 3. de attribut. sect. 1. a. num. 6. de communi hominum sensu constat. Nam, si pictorem, aliumve quempiam artificem de exemplari, ex quo, seu ad quod picturam, arte factumque quoddam effecerit roges, vel hominem, aut equum ipsum, vel picturam prototypum, seu originale ad cuius modum, & instar sumptum est, non autem cognitionem suam conatur ostendere, vt roganti respondeat, eique satisfaciatur: ostendens nimirum in obiectis non in cognitione eorum exemplar, seu ideam propriam esse querendam. Ratio est, quia exemplar, seu idea est causa imitanda ab artifice in sui effectus, & operis efformatione: cum autem imitatio haec non nisi obiecti cognitio esse possit: sit, solum obiectum cognitum ideam proprie, seu exemplar esse; non autem formalem eius cognitionem, quae ab artifice, vt ex idea, & exemplari operetur, nec cognoscitur, nec cognosci debet, vt dixi, nec si cognoscatur cognitionis formalis, sed obiecti minus obicit. Atque inde communis illius definitio: nis ideae, & exemplaris num. 1. posita: bonitas constat, atque in super ideae formalem, & subiectiuam diuisionem, propriae ideae diuisionem non esse. Rationes primae sententiae disiectae sunt partim n. 2. & ex dicendis certam. 2. prius euanescent.

CERTA